

Capitulum III**Lectio XL**

diuine dare vise. Primum acciditale vocat quod
cuius gaudium quod non est de deo dare viso: sed de cre-
atura. Secundo nota quod primum acciditale dicitur du-
pliciter. Primum de gaudiis specialiter de aliquo actu
aut impostate excellere victoria habitam merito-
rie in presentia. Alio modo dicitur contra gaudium de quibus
quod re creata. Tertio nota quod actus excellens vi-
ctorie in presentia potest esse in materia triplici scilicet in tri-
plici pugna habentur: videlicet contra carnem: con-
tra mundum et contra diabolum. Contra carnem excellen-
tissima victoria est virginitas que est virtus. Nam vir-
tuose respuit omnes venereas delectationes talis
citas que illicitas sicut in precedenti lectione dictum
est. Contra mundum. id est contra malos homines munda-
nos que bonos persequitur et conueniunt. Perfectissima
victoria est martyrium pro christo. Contra diabolum que
falla nos suggestionem conat seducere. Perfectissi-
ma victoria est predicatio siue doctrina que homo semet-
ipsum non solum bene regit. sed et alios corrigit et instru-
it. Et istis tribus generibus hominum: virginibus: marty-
ribus: et doctoribus tres aureole deputantur propter
tres actus excellentes et privilegia victoriae. Quarto
notandum quod beatitudo essentialis vocat meta
phorice corona vel aurea. Beatitudo vero vel gau-
dium accidentale debetur opere excellens victoriae
vocat aureola. Et hoc patet ratio quod: omne gaudium es-
sentialis est de deo. Sed gaudium accidentale in be-
atis est de creatura et minus quam essentialis gaudi-
um. et ideo terminum diminutum oportuit deno-
tari. Quinto notandum quod cum omne gaudium sit
actus a se. sicut aurea est in aia. ita etiam aureola: re-
spondet sibi corpore pro aliquo signum euidens illi core-
spondens quod tale erit non est mihi notum. Ad pri-
mum in oppositum de virgine gloriosa. tenet
sanctus Thomas quod aureolam habuit et tamen
nullam pugnam a carne: sed ab hoste habuit tempta-
tiones de carne. De christo vero dicitur quod non habuit
aureolam sub nomine aureole. quod iste terminus aure-
ola imponat victoriae precipue ab aliquo quod christo
non conuenit in qua est plenitudo victoriae. Et simili-
ter imponat quod aureola a principe conferat. potest
aliter dici quod iste terminus victoria dicitur dicitur ro-
nis super carnem et connotat resistenciam que non fuit in
christo nec in matre. sed quod fuit plenum dicitur rationis
id habuit aureolam ex alia causa debita eis que nobis
Ad secundum dicitur quod si attendamus istam unam acti-
onem temptacionis carnis que est recordatio ex parte vo-
luptatis stat quod habet in viduis et non in virginibus
Est in eis imaginatio quodam ex parte lasciuie cum
istis tribus circumstantiis que sunt desiderium experiendi
ex curiositate: sicut homo magis desiderat videre
modicum negotium quod nunquam vidit quam unum magnam
monasterium. Secundo est estimatio maioris delecta-
tionis que sit in reueritate. Tertio ignorancia in
comodo et turpitudinis comitacionis. et ideo sim-
pliciter loquendo pugna virginum est difficilior quam vi-
duarum. Ad tertium dicitur quod non ideo datur virgi-
ni aureola: quod est maioris meriti. sed quod est difficultatis

singularis victoriae vel dominum super carnem. Unde
beata katherina habet aureolam virginis. Ad ag-
dalena non. et tunc est maioris meriti: cum castitas co-
iugalitatis et castitas propter gratiam si equipantur: sed ca-
stitas iugalitatis antiquum potest equari castitati no-
ue legis et excedere et excedi: sed non se quod. iste due
personae equipantur in merito. sed si una habeat aure-
olam et alia. Ad quartum dicitur quod vel tales natu-
raliter casti conformet sibi propositum siue necessitati
et tunc habentur. aut non sunt sicut meret corrupti. et tunc si
habebunt. Ad quintum de dicto Augustini dicitur
quod aureola virginis competit cuilibet huius pro-
positum abstinendi a venerea voluptate. si illud pro-
positum nunquam fuerit effectualiter interruptum pro ex-
pientia opposita visque ad mortem. Si vero fuerit in-
terruptum effectualiter non habebit. Aut si fuerit in-
ruptum pro propositum contrarium sine effectu: sicut for-
te persona sentit et deliberatione in actu vene-
reum distinguendum est. quod vel postea penitet de isto
sensu quem nullus operis sequatur et tunc adhuc ha-
bebit aureolam: quod virginitas que est virtus pro penam
restitutur: vel non penitet contra mortem. et tunc nunquam
habebit: dato etiam quod saluetur. Ad sextum dicitur
eodem modo quod illud propositum carnalis continentis
abluat pro penam dolens quod discontinuauit propositum
continendi vel non. Si sic habebit. si non. neque quod. et
sicut iohannes euangelista virginis dicitur perditam recupe-
rauit quod christus est de nuptiis volentes nubere re-
uocauit sicut Hiero. Et ultra per argumeto nota
quod corruptio inducet bigamiam est saluatio integri-
tatis carnis non corruptio mentis. Ad septi-
mum dicitur. Ad octauum sicut et dicitur per. quod me-
te virgines carebunt in celo aureola virginita-
tis. sicut quod mortuus cum proposito nubendi. misit etiam
corrupte sicut carnem cum proposito continendi: sicut per
de oppressis a barbaris habebunt aureolam. De
pueris infra etate viriulorum sexus non video cau-
sam que aureolam habet dicit. in quibus nec fuit virgini-
tas que est virtus nec victoria aliqua super carnem.

Lectio XL

Bonorum enim laborum gloriosus est fructus. et qui habet cadat radice
sapientie. Postquam spiritus sanctus declarauit quod
continencia virginalis habebit in futuro triplicem
remunerationem. Hic assignat tante remun-
erationis rationem. Poneit autem hanc remunerationem
in duplici exemplo. Primum est in opabilibus. Secundum
in naturalibus. Primum est tale. In omni genere
opabilium quanto labor est grauior tanto merces cor-
respondeas erit maior. Patet in agricultura: in mi-
litiis: in edificio. et in omni arte: sed militis pro car-
ne est optimus labor. et optima agricultura est cole-
re terram carnis. et laboriosius edificium est statuere in
carne templum christi. et tali militie agriculture vel
edificio merces optima consistet. et hoc omnia facit
virginitas. Et hoc innuit quod dicit. Bonorum enim la-
borum gloriosus est fructus. quod diceret. Sicut minus